247

Sigismundus Augustus Dei gra. Rex Polonie magnus Dux
Lituanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitieq3 etc dnus et hres.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Iam aliquoties antehac dedimus ad M. tuam lras nras, quibus illam hortati sumus, eiq3 serio mandavimus. Vt eam pecunie summam, duorum Millium florenoru aureoru, ac stamina pannorum Lundinen. quadringenta, que de more in expeditionem donariorum tharthiaricorum pro duobus annis proxime preterito scilt et pnti retenta debentur, primo quoq3 tempore in thesauru nrum mitteret. Et quoniam necdum hactenus per M. tuam ea in re mandatis nris satisfactum est, Nosq3 propter eam M. tue negligentiam magnu et ingens damnu in exhauriendo indies fisco nro, in inicios. Thartarorum, qui a multo iam tempore eam expeditionem donariorum suorum solitorum apud nos expectant sustinere maioresq3 ac maiores indies sumptus et impensas facere cogimur. Id moleste sane ac indigne ferimus ac omnino miramur M. tuam hac in re non solu debitu offi sui, sed et tam frequentes admonitiones nras, ac tot mandata nra, eadem de re ad illam data minime curare. Quamobre iterum atq3 iterum M. tue serio mandamus. Vt primo quoq3 tempore, ac mox visis pntibus lris nris omni mora postposita eam omnem pecunie sumam, eaq3 panni Lundinen stamina, que ad rationem duorum annorum proxime preteriti ac pntis in expeditionem donariorum hactenus retenta sunt in thesauru nostrum Magni Ducatus Lithuanie, secundum receptam iamdudum consuetudinem mittenda curet. Nec nos et fiscu nrum, amplius sua negligentia in maiores sumptus et impensas diutius propterea inducat. Ex eo quoq3 M. tuam pmonitam esse volumus. Vt id, M. tua diligenter provideat et prospiciat, ne stamina pannoru Lundinen breviora aut leviora mittantur sed quanto meliora ac longiora et latiora conquiri poterunt. Cum in eiusmodi expeditione donariorum eorum alia non suscipiuntur. Et aliter M. tua

53

pro gra[tia] n[ost]ra non factura., Datum in Grodno die iii mensis
Augusti.. Anno domini M.D.LXVii. Regni vero n[ost]ri XXXVI

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna BIBLIOTEKA Główna w Bydgoszczy
Rkp 1219/45